Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et os nobiles iuda ceciderunt rex babylonis oculos eius fecit
eruere et vinctum eum in pedibus ut duceret in
babylonem. Domum quoque regis et domos populi incenderunt
igni et muros hierusalem destruxerunt. et reliquias populi qui remanserant
in ciuitate et profugos qui transfugerant ad eum et
superfluos populi qui remanserant transtulit nabu
zardan magister militum babylonem. De plebe pau
perum quae nihil penitus habebat dimisit magister mili
tum nabuzardan in terra iuda et dedit eis uineas
et agros in die illa. Precepit autem nabuchodonosor rex baby
lonis de ieremia nabuzardan magistro militum dicens
Tolle illum et pone super eum oculos tuos nihil ei
malifacias sed ut voluerit sic facias ei. Misit ergo
nabuzardan princeps militum et sesban et rapsa
ces et nergel et sersaccim et reges magi et omnes opti
mates regis babylonis miserunt et tulerunt ieremiam
de uestibulo carceris et tradiderunt eum godolie
filio aicham filii saphan ut educeret domum et habi
taret in populo. Ad ieremiam autem factum fuerat sermo domini cum
esset in uestibulo carceris dicens. Vade et dic
abdemelec ethiopi dicens. Haec dicit dominus exercituum
deus israel. Ecce ego inducam sermones meos
super ciuitatem hanc in malum et non in bonum et erunt in conspectu
tuo in die illa. Et liberabo te aut dominus die illa et non
tradens in manu uirorum quos tu formidas. Eruens
liberabo te et gladio non cades. Sed erit tibi anima tua in salu
tem quia in me habuisti fiducia ait dominus. XLI

Sermo qui factus est ad ieremiam a domino postquam di
misit eum nabuzardan magister militum de
rama cum tulisset eum uinctum cathenis in medio
omnium qui migrabant de hierusalem et iuda et ducebantur
in babylonem. Tollens igitur princeps militum ieremiam dixit ei
dominus deus tuus locutus est malum hoc super
hunc locum et adduxit. Et fecit dominus sicut locutus est et fecit
quia peccastis domino et non audistis uocem eius. Et factum est nun
sermo hic. Nunc igitur solui ecce solui te hodie de
cathenis quae sunt in manibus tuis. si placet tibi ut uenias
mecum in babylonem uenias et ponam oculos meos super
te. Si autem displicet tibi uenire mecum in babylonem re
side. Ecce omnis terra in conspectu tuo quo placet tibi et quod elegeris et
placuerit tibi ut uadas illuc pergere et mecum noli ue
nire sed habita apud godoliam filium aicham filium sa
phan quem preposuit rex babylonis ciuitatibus iude.
habita igitur cum eo in medio populi. Et quocumque placuerit tibi
ut uadas uade. Dedit ergo ei magister militum cibaria et munuscula et dimisit eum. Venit igitur ieremias
ad godoliam filium aicham in masphat et habitauit
cum eo in medio populi qui relicti fuerant in terra. Cum audis
sent omnes principes exercituum qui dispersi fuerant per
gregibus per agros quia reliquit rex baby
lonis godoliam filium aicham super terram et quia commisisset
ei uiros et mulieres et paruulos et de pauperibus terre
qui non fuerant translati in babylonem uenerunt ad go
doliam in masphat et ysmahel filius nathanie
et iohanan filii carree et ionathan et sareas filii
tanehumeth et filii ophi qui erant de netophati et ie
zonias filius machati ipse et uiri eorum et inuenerunt
eos godolias filius aicham filii saphan et commi
serunt eos dicens. Nolite timere seruire chaldeis habi
tate in terra et seruite regi babylonis et bene erit uobis.
Ecce ego habito in masphat ut respondam pro pe
chaldeis qui uenient ad nos. Vos autem colligite
uinum et messem et oleum et condite in uasis ue
stris et manete in urbibus uestris quas tenetis. Et et
omnis iudeus qui erat in moab et in filiis ammon et
in idumea et in uniuersis regionibus audito quod dedis
set rex babylonis reliquias in iudea et quod preposuisset
super eos godoliam filium aicham filii saphan.
reuersi sunt omnes iudei de uniuersis locis ad quas profu
gerant et uenerunt ad terram iuda ad godoliam in
masphat et collegerunt uinum et messem mul
tam nimis. Iohanan autem filius carree et omnes prin
cipes exercituum qui dispersi fuerant in regionibus
uenerunt ad godoliam in masphat et dixerunt
ei. Scito quod baal rex filiorum ammon misit
ysmahel filium nathanie percutere animam tuam.